



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,  
Explanatio Catechismi Catholici**

**Macherentinus, Johannes**

**Colon., 1612**

Modus audiendi concionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39397**

rum quantum fieri potest, dum orandum est  
obliuio, instructionum quæ in hoc libello

1. *Theff.* 5. præscribuntur diligens obseruatio, frequens  
*Iud.* 3. orationum ejaculatoriarum ante & posto-  
& 9. pus & in opere ipso usus, opera pœnitentia,  
*Eccl.* 35. ut sunt humili cubationes, cilicia, zonæ cili-  
*Dan.* 9. cationes, næ disciplinæ, & id genus alia corporis casti-  
*Esth.* 4. gationes, quæ utilissimæ sunt, sicuti & san-  
ctorum exempla, & sacræ literæ nos docent

Tertiò, longanimitate opus est, qua pati-  
enter perseveremus donec quod secundum  
Deum petimus, obtineamus.

## V I L

MODVS AUDIENDI CVM FRV-  
CTV VERBVM DEL.

*In audienda sacra concione quomodo  
te geris?*

1. *Theff.* 2. PRimò, ad templum veniens non quid  
profanum quid auditurus, ita me habeo,  
sed ac si Deus (quod verè fit) mihi per fami-  
lium suum loqueretur.

*Matth.* 18. Secundò, templum ingressus, ante omnia  
*Psal.* 12. precor peccatorum remissionem, vt vacu-  
& 17. lum ad suscipiendum diuini verbi liquorum  
purgetur, deinde vt mihi aperiantur aures  
cordis, vt audiam, & oculi mentis, vt vide-  
am, mihique accommodem ea quæ ibi di-  
cuntur.

Tertiò, firmo proposito statuo perficere, *Psal. 118.*  
ea, quæcunque mihi ea concione dicta intel-  
lexero.

Quartò, animo collecto, atque præsenti *Galat. 4.*  
concionatorem audio, non ut sua, sed Dei  
verba promentem.

Quintò, ne si statim templo egrediar, me- *Matt. 13.*  
que ad fabulas audita concione conuertam,  
effluat quicquid instillatum fuerat; in codē  
loco nonnihil in oratione subsisto, & audit  
verbi præcipua cogito, ea maximè, quæ mi-  
hi conueniunt, repeto, modumque mecum *Rom. 1.*  
exquo ea perficiendi. Non enim auditores *Matt. 7.*  
*legis iusti sunt apud Deum sed factores legis iu-*  
*sificabuntur.* *Luc. 1.*

## VIII.

DE CONTRITIONE PRIMA POE-  
NITENTIÆ PARTE.

Quomodo de peccatis meis dignam agam  
pœnitentiam?

**R**ecchè pœnitere non utile modo, sed & *Luc. 13.*  
per necessarium est, ac proinde non cō-  
festim, ubi in mentem venerit confessio, sa-  
cerdotem adeas, sed conscientiam tuam de-  
bita prius diligentia perscruteris; quam ad  
rem quare tibi vel domi, vel in Ecclesia lo-  
cum huic negotio oportunum, in eoque ge-  
nibus flexis Deum ut tua peccata agnoscas,  
precare, in hunc vel similem modum.

Ora-